

ieiunia mutata sunt. mos enim fuit olim  
(ut refert Iohes belech) ut i festiuitati-  
bus scilicet hoies cum vxoribus et filiabus  
ad ecclesiam venirent. et ibi cum luminari-  
bus pnoctarent. Sed quia multa adulteria in  
his vigiliis fiebant: statutum fuit ut vigilie  
in ieiunia puererent. Nomen tamen anti-  
quum est retentum. quia non ieiunia: sed vigilie  
adhuc appellantur. **S**ecundum est in octaua.  
ipse namque solus cum stephano. habet oculum. in-  
firmum tunc. sicut Martinus inter pfectores.

Tertium est in regressibus antiphana-  
rum quod solus ipse et Paulus habet. Sed Pau-  
lus propter excellentiam predicandi. Iste  
propter excellentiam passionis.

**Yppolitus dicitur**

ab hyper quod est supra et litos quod  
est lapis quasi super lapidem. id est christum fundat.  
Vel ab in et polis quod est ciuitas. vel yppolitus  
quasi valde politus. fuit enim super  
lapidem christum bene fundatus per constantiam  
et firmitatem fuit in ciuitate superna. per de-  
siderium et auiditatem. bene politus per tor-  
mentorum acerbitatem.

**Yppolitus post**

quod corpus beati Laurentii sepeli-  
uit. venit in domum suam et dedit  
pacem seruis suis et ancillis. omnes sacramen-  
to altaris quod Iustinus presbyter obrule-  
rat. comicauit. et apposita mensa priusquam  
beatus sumeret. venientes milites eum rapue-  
runt. et ad cesarem duxerunt. Quem videns Be-  
cius cesar. subuidens dixit ei. Numquid et  
tu magus effectus es. quod corpus Lauren-  
tij abstulisti? Cui yppolitus. Non feci  
non quasi magus sed quasi christianus. Tunc  
Becius furor repletus precepit ut habi-  
tatione quo ut christianus utebatur: expoliaretur  
et os eius lapidibus tunderet. Cui yppo-  
litus. Non me expoliasti. sed magis ve-  
stisti. Cui Becius. Quomodo insipiens effe-  
ctus es. ut iudicatum tuum non erubescas?  
Nunc ergo sacrificia et viues ne cum tuo  
Laurentio pereas. Cui yppolitus. Exe-  
plum merear fieri beati Laurentii. quod

in ore polluto aususes noiare. Tunc Be-  
cius fecit eum in subibus cedi et pecunias fer-  
reis lanari. Ille autem se christianum esse voce  
clara ptebatur. et cum tormenta hominibus de-  
rideret. veste militari qua antea uteba-  
tur eum vestiri fecit. hortans ut amicitiam et  
pistinam militiam retineret. Cui yppolitus  
cum diceret se christo militare. Becius ira re-  
pletus Galeriano pfecto eum tradidit  
ut omnes facultates eius acciperet. et visis tor-  
mentis eius interficeret. Inuenit quoque  
eius familia christiana esse. ad ducti sunt ante  
aspectum eius. Qui cum ad sacrificia cogere-  
rent. concordia nutriti yppoliti per omnes  
respondit. Nos cum domino nostro volumus  
mori potius pudice quam impudice viuere  
Cui Galerianus. Bennis seruo non nisi  
si cum supplicij emendat. Tunc pnter yppolito  
et gaudete inquit eam tadem plum-  
batis cedi. quousque emisit spiritum. Dixitque  
yppolitus. Hanc tibi ago domine quia nutri-  
ce meam ante conspectum sanctorum tuorum pre-  
misisti. Beinde extra portam tibernam Ga-  
lerianus yppolitum cum familia sua duci  
fecit. yppolitus omnes hortans dixit. fratres  
nolite metueri. quia ego et vos unum deum  
habemus. Iussitque Galerianus ut in con-  
spectu yppolitum omnes capita amputaretur.  
yppoliti vero pedes ad collam indomi-  
torum equorum fecit ligari. et per carduos et tri-  
bulos trahi. tadem donec spiritum exalaret.  
circa annum domini. cclvi. Eorum autem corpo-  
ra Iustinus presbyter rapuit. et iuxta cor-  
pus sancti Laurentii sepeliuit. Corpore vero  
sancte Concordie inueniri non potuit: quia  
fuerat in cloaca proiectum. Adiles autem  
quidam nomine Porphirius. credens beatam  
Concordiam aurum aut gemas in vestimen-  
tis habere ad quendam cloacarium nomine hy-  
reneum qui erat occulte christianus accessit et vi-  
xit. Secretum custodi et extrahere concordiam  
quia spero quod aurum aut gemas in vestibus  
suis habet. Cui ille. Offende mihi locum  
et secretum habeo. et quicquid inuenero nun-  
ciabo. Cum ergo extrahere fuisset et nihil inue-  
nissent. miles primus fugit. et hyreneus vo-  
cato quodam christiano nomine Habudo. cor-